

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Iconothèque](#)[Collection Série C - 1616. Filippo Ferroverde, *Mythologiae libri* \(Padoue\)](#)[Item](#)[Mythologia, Padoue, 1616 - 25 : La Nuit et le Sommeil](#)

Mythologia, Padoue, 1616 - 25 : La Nuit et le Sommeil

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, *Imagini degli dei* (Venise)

[Imagini, Venise, 1571 - 53 : La Nuit et le Sommeil](#)

a pour adaptation ce document

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, *Images des dieux* (Lyon)

[Images, Lyon, 1581 - 52 : La Nuit et le Sommeil](#)

a pour adaptation ce document

Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, *Mythologie* (Lyon)

[Mythologie, Lyon, 1612 - 18 : La Nuit et le Sommeil](#)

a pour alternative ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Decorative floral border on the left side of the page.



Decorative floral border on the right side of the page.

Veronda verenda Nox,

Qua dno somnia miseris mortali bus

Ex Erebo vni. eade eade volueris.

Et Orosius ad inferos lucem mittere, ac rursus ipsam ad illos accedere scribit in eodem carmine:

ἢ ῥᾶν, ἢ κῆρ, ἢ πῆρας ὑπὸ νύκτερα, καὶ πάλιν πρὸς

ἑαυτὴν.

Qua lucem pellis sub terras, rursus & ipsa
Tartara nigra peris.

Huic ubi sacrificaretur, mos fuit ut Gallus immolaretur, tanquam animal silentio aduersarium, ut ait in libro secundo de Diis Theogenes. Multi Noctis filii fuisse commemorantur nam & Rabiem eius filiam fuisse scripsit Euripides in Hercule iofano:

Ἐκείνην κτὸς τῆν δ' ὄρνυτες ἔκχονον
λύσαν γέροντες.

Rabiem fenes hanc nosse natam fuisse

Caelli videntes.

Sic etiam Rixam siue contentionem atque inuidiam eius filias vocauit Hesiodus in operibus & Diebus iniquis:

τῆν δ' ἐτάρην προτάρην μὲν ἐχέοντο νόξ ἔρεβεννῆ.

Namque illam primam parientis Nox edidit atra, & eius urbane sententiam sequuntur. Deinde idem poeta in Theogonia multos scripsit fuisse noctis filios quasi subuenturos: ut est in his versibus:

Νοξ δ' ἔτεκε συζυγόντε μέρον, καὶ κῆρα μέλαιναν,

καὶ θάνατον, τέκε δ' ὕπνον, ἔτικτε δὲ φῶλον ὄρνυρον,

ὄντ' ἐν κοίμῳ θεία τεκέ γῆξ' ἔρεβεννῆ

Nox peperit Fatum, malū. Parcatū, nigrantē.

Et Mortem, & Somnium, diuersaq; Somnia natos



Hei



ἄτε γὰρ εὐχάει σὺ πείθει μένος, ἔτε λιταῖσιν
Nec prece, muneribus nec tu placabilis ulli :

Indata erat veste stellata, quæ erat auri coloris. Hæc mitis laudibus antiqui sapientes eximierunt, ut solam portum sedemque tuissimam quietis. Hæc multis corporis morbis nos liberat. hæc tyrannorum crudelitati subtrahit, hæc principibus adæquat, hæc omnibus vicis bonis iucundissima accidit, nisi quantum naturæ leges repugnant; neque quisquam est, quin eam lætissimo animo excipiat præter sceleratos, qui graviora se passuros esse post mortem iam nunc viventes augurantur & quasi præsentunt. Huius laudandæ amplissimum & uberrimum argumētum habuit Alcidas, qui orationem composuit de laudibus Mortis. hanc multis rationibus æquo animo ferendam esse demonstravit Plut. in consolatoria : & profecto nihil aliud est vita, quam usura lucis à

Deo nobis mutuo concessa, quæ si repetatur, non egrius ferendum est, quam si in domum amici profecti vesperi domum nostram redire: aut instrumentum mutuo acceptum, reddere domino iubeamur: quate nulla certe nobis fieret iniuria si à Deo quod suum est repetatur: de qua quoriam nihil mystice dictum ab antiquis video, reliqua quæ de illa dicuntur fabulose prætermittere decreui, & de Somno pertrahere.

De Somno. CAP. XLIII.

QUOD Somnus ex Erebo Noctæque natus sit, dictum est iam superius: cui præter supradictas Mortem somorem etiam addidit Orpheus. Huic *ἑλπίδας* sive spes fortes quidam ex antiquis iniunxerunt. Hunc tamen non ab inferis, sed è cælo nullum fuisse ad Pajum tum scripsit Virgilius libro quinto :



Cum